



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

55 Memos fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam. 56 Hæc
facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

IN PSAL. CXVIII. 385

tas habent aures, si non cauda aspidis, saltem terra, atque luto; vel certe defluxionibus capitisi, & perniciosis humoribus impeditas. Purgandae aures sunt, purganda lingua, sed ante omnia cor, ut & audire canticum Domini, & decantare valeamus.

¶ Memor fui nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.

Nominis dictum est pro ipso Domino, Nomen ac si diceret, Memor fui tui. Quod Domini, frequentissimum in Scripturis est. Ut, In id est De nomine Dei nostri magnificabimur. Et, minus. In nomine eius sperauimus. Et, Osten- *Psal. 19.* dam tibi omne bonum, & vocabo in no- *Psal. 32.* mine Domini coram te: cum Moses cu- *Exod. 33.* peret videre ipsum Dominum. Verè enim quia videt eum, videt omne bonum: & no- men Domini apparet, cū ipse se ostendit. Videt r. autem mihi nomen non solum significat sonare maiestatem, & gloriam, sed etiam & quantitatem reuerentia, & amore ita usurpari. Exdam reuerentia quidem, quasi non audeant san- uerenitatem, viri nominare eum, qui ineffabilis est, alioqui ipse sibi nomen est. Quemadmodum & Tetragrammaton ex reuerentia syllabis proprijs proferri non solet, ita ineffabile: unde & ἀτεκφώνητο dicitur: nec pronuntiatur, sed legitur Adorari. Ita Regius Psaltes ait se ni memorem

R fuisse

386 MEDITATIONES

fuisse nominis Domini. quod tametur substantiam ipsam Dei explicat, sed aliquid adumbrat, tamen ne sic quidem proferre audeat. Amor autem exprimitur, cum Propheta dicit. Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Et in Exodo ab ipso Domino dicitur. Hoc nomen mihi est in æternum : & hoc memoriale tuum. Vult enim perpetuam nomini sui esse memoriam. Sed vox **רְכִבָּה** non solum memoriam significat, sed & odorem, quasi dicat, Solus odor, & memoria nominis tui excitat me, & confortat. Est quippe oleum effusum, quod suo odore currere adolescentulas, id est, animas faciat. Oleum, inquam, animam totam perungens, totam sanans, totam penetrans, totam confortans, totam vivificans, totam rapiens, totam transformans.

Cant. 1.**Epis. 136.****ad Marcell.****Dei nomina de-****cem.****Secundū,****Eloim.****Tertium,****El.****Quartū,****Sabaoth.**

D. Hieronymus decem ponit Dei nomina ex Scripturis, quæ varias in simplicissima essentia proprietates significant.

Primum est El, quod Spetuaginta Deū Primum, vertunt. Aquila Fortem, etymologiam El. sequutus transtulit.

Secundum Eloim, & tertium Eloë, quæ Tertium, ex El, deriuantur, ac proinde idem sonant. Eloë.

Quartum Sabaoth, id est, exercituū, vel virtutum, vel ornatuum : quia Angelorum, & Virtutum Dominus, ac militiae cœlestis, id est, ornatū stellarum factor, & arbiter est.

Et amo-**rem.****Isai. 18.****Exod. 3.****Cant. 1.****Epis. 136.****ad Marcell.****Dei nomina de-****cem.****Secundū,****Eloim.****Tertium,****El.****Quartū,****Sabaoth.**

D. Hieronymus decem ponit Dei nomina ex Scripturis, quæ varias in simplicissima essentia proprietates significant.

Primum est El, quod Spetuaginta Deū Primum, vertunt. Aquila Fortem, etymologiam El. sequutus transtulit.

Secundum Eloim, & tertium Eloë, quæ Tertium, ex El, deriuantur, ac proinde idem sonant. Eloë.

Quartum Sabaoth, id est, exercituū, vel virtutum, vel ornatuum : quia Angelorum, & Virtutum Dominus, ac militiae cœlestis, id est, ornatū stellarum factor, & arbiter est.

Quint.

IN PSAL. CXVIII.

387

Quintum Helion, quod excelsum so- Quintum,
nat, & habetur in psalmo nonagesimo, Helion.
Qui habitat in adiutorio Helion, siue Al-
tissimi.

Sextum Qui est, ut Mosi dictum est. Sextum,
Sum, qui Sum. Et Moses ipse. Qui est, Qui est.
misit me. Ipse enim solus est, qui im-
mutabiliter, & independenter idem est.

Quam in sententiam memini me legisse
apud Eusebium Cæsariensem, qui ex Plu- Lib. II.
tarcho refert, in Delphici templi propyleis de præp.
vbi scriptum erat. Nosce te ipsum, item Euang c.
scriptum fuisse, Es. Quid Plutarchus ipse 7.
sic explicat, tanquam Dei vox ad homi- Plut. lib.
nes, qui ad ipsum accedunt, sit. Nosce te de 7.
ipsum, & homines, vbi se nihil esse co-
gnouerint, vicissim ei respondeant, dicant-
que. Tu es, id ei, quod maximè Deo con-
ueniat, tribuentes.

Septimum Adonai, quod Dominum Septimū,
Adonai.

Octauum Ia, quod forte ab effe deduci- Octauum,
tur, & habetur extrema syllaba in dictione Ia.
Alleluia, Laudate Dominum.

Nonum Tetragrammaton, & Ineff. ibi- Nonum,
le, quod per quatuor literas scribitur, & Tetragrā-
misterio iam predicto non pronuntiatur. maton
Decimum Saddai, quod sufficientem Decimum
significat ad omnia: seu melius, sibi soli Saddai.

Sufficientem, qui nullo indigeat. omnibus
superestuenter abundet: quod solius Dei
tit. Quae omnia, si simul ponantur, à adu-
R 2 brant

**Spes ex
cōsidera-
tione ho-
rū nomi-
num.**

Sap. 12.

brant nomen Domini, in quo speramus,
& cuius in nocte recordamur, spem nobis
maximam ingerere totius misericordie, &
felicitatis ab eo consequendæ. Nam &
fortis est, & potens; vnde subest ei, cum vo-
luerit, posse: & Deus, quod omne bonū
complectitur: & Deus exercituum, cui
cælestis militia obsequitur, vt & hostes
prosternere, & amicos tueri nullo nego-
tio possit: cui & Angeli obediunt, & om-
nis cælorum ornatus, stellarum, Solis, &
Lunæ ad nutum seruiunt. Idem excelsus
est, quò malum appropinquare non pos-
sit: vt, qui apud eum commorantur, in
tuto habitent: nec ad ipsum pertingere
quisquam, nisi erectus, & tractus ab eo
vllatenus valeat. Et, cum sit, qui solus, &
verè est, ac fons totius Essentiae, & Esse,
inanitatem nostram, qui semper ad nihil
lum tendimus, participatione sui ipsius
quasi guttulas quasdam ex infinito pelago
suæ deitatis aspergens, pro modulo, & me-
sura, quam ipse partitur, aliquid esse fa-
cit, tribuens singulis pondus, numerum
& mensuram. Quid autem & Dominus
sit, magnam seruis fiduciam præstat, qui
sub tanto Domino nihil debeant reformi-
dare. Ia verò Tetragrammati nominis
pars est, vt quasi pro captu nostro se de-
mittens suauius capiatu. Iam Tetragram-
maton illud ineffabile, si ab esse derivatur,
vt nonnullis placet, idem significat, atque

Qui
fate
apud
inac
tem
nost
est,
Quo
lius
quic
enim
tate
pote
iestat
vt N
solat
Deo
Qua
ste no
Se
suis)
cerur
preca
terire
tibus
magis
deben
le. Im
quia i
tentat
maxi
postul

Qui est. Sed non absque rationabili causa
fatemur nos videre illud sub caligine , que Ep. 5. ad
apud Beatum Dionysium significat lucem Doroth.
inaccessibilem. Postremò sibi soli sufficiē-
tem illum esse, hoc docet, quod honorum
nostrorum non indiget. Vel, vt in Hebræo
est, quod bonum nostrum non ad illum. *Psal. 15.*

Quo sit vt & bona nostra humiliter ex il-
lius dono cognoscamus, & ab eo fidenter,
quicquid recte volumus, petamus. Neque
enim timendum est, ne ille in sua largi-
tate deficiat, cui, quod doner, deesse non
potest. Quis ergo in tanta nominum ma-
iestate, & tot appellationum thesauris,
vt Nazianzenus appellat, non omnino cō-
solationibus affluat, sciens, quicquid de
Deo dicitur, in suas vtilitates redundare?
Quam ob rem recte dicit: Memor fui no-
te nominis tui Domine.

Sed, Memor fui nominis (ait Ambro-
sus) plena deuotio est. Hoc nomen inuo-
cetur diebus, ac noctibus. Nullum tempus
precandi vacuum sinat sancta deuotio pre-
terire. Si studentes igitur doctrinis secula-
ribus perparum somno indulgent, quanto
magis, qui Deum cupiunt cognoscere, nō
debent somno corporis impediri? Hec il-
le. Imò addit nocte maximè id faciendum
quia tenebræ operiunt nos, & pericula
tentationum ingruunt: ac proinde tum
maximè orandum Dominum præsidia
postulanda, & cauendas illecebras, nec som-

Semper
inudcan-
dum no-
men Do-
mini.

Et nocte
potissimū

R. 3. no.

390 MEDITATIONES
no indulgendum, nisi quantum necessitas

Iliad. 2. postulet. Scimus autem & Homerum profanum alioqui Poetam, introducere quemquam per somnum monentem Agamemnonem Regem, non licere hominem consilij tota nocte dormire. Sed memoria Domini fortius excitat nos, ut non immerito

Cant. 5. sponsa gloriatur in Canticis, se non totam dormire. Ego, inquiens, dormio, &

Epist. 22. cor meum vigilat. Et S. Hieronymus asse-
de cust. rat. Sanctos ita dormire, ut etiam somnus

virginit. illis oratio sit. Et infra Dauid profiteatur.
ad Eusto- Media nocte surgebam ad confitendum ti-
chium. bi. Poterit etiam, qui volet per noctem
Et nocte intelligere tribulationes, & tentationes,
tribula- quod non est infrequens in Scripturis, di-
tionis. cente etiam Propheta. Cum sedero in te-
Mich. 7. nebris, Dominus lux mea est. His enim tem-
poribus Dei meminisse maximum mun-
imentum, & perfugium est suauissimum.
Nec dubie memoria continua Dei acce-
mus stimulus est ad custodiā legis diui-
næ, ut optimè coniungantur hæc duo, Me-
mor fui nocte nominis tui, & custodiū le-
gem tuam.

Et quia vicissim siue Dei memoria, siue
spes in nomine sancto eius ex amore pro-
uenit, & inquisitione mandatorum, con-
uenienter adiungitur. Hæc facta est mihi,
id est, hoc cōsecutus sum, ut scilicet memor
essem nocte nominis tui, & custodiē legē
tuam, quia iustificationes tuas exquisiu-
mHoch